vt delectacione affecta, fide mūdata: ſpe recta, charitate accenſa, liberalem ſeruitutem ſuſciperet & ſeruilē abiiceret libertatē. Hec ille. Cernis candide lector pͥncipium tribui gratiæ q̄ renati ſumus, ī operibus bonis deo placitis. Sed neq; per hoc liberꝫ arbitrium pͥpria priuatur actiuitate, qua actiue cōcurrit in opere recto atq; deo accepto. Cuius actiuitatem ac cooperationem tota īnuit ſcriptura In Geneſi ſiquidem legimus. Dixit dominus ad Cayn. Nōne ſi bene egeris recipies? ſin aūt male ſtatim in foribus peccatū tuum aderit, ſed ſub te erit appetit⁹ tu⁹ & tu dominaberis illius. Hic deus ipſe optim⁹ maxim⁹, Cayn liberꝫ arbitriū habere proteſtat̃, atq; eodem agere & nō pati clariſſime docet. In nouo q̄q; teſtamento ait ſeruus ille fidelis. Dōine qnq; talenta tradidiſti mihi ecce alia quinq; ſuperlucratus ſum. Lucrari nō potuit niſi liberum arbitriū haberet ſe actiue, alioquin diceret ſe decem talēta accepiſſe. Et Paul⁹ īquit. Abūdātius omnib⁹ laboraui: nō ego aūt ſed gratia dei mecū. Simul ergo operant̃ liberꝫ arbitriū & gratia, vt ait Hieronimus. Et Bernardus dicit apoſtolum fuiſſe ſocium operatiōis. Et Ezechiel. Si impius egerit pœnitenciam ab omnib⁹ factis & cetera, in iuſtitia ſua quam operatus eſt viuet. Operatur ergo, & nō ſolū

Gn̄. iiii. — Math. xxv. — i. Cor. xv. — Ezechi. xi.

i. Ioã iii. recipit iuſtitiã. Et Ioãnes. Omnis qui habet
hanc ſpem in ipſo (deo) ſanctificat ſe ſicut ille
ſanctus eſt. Ecce liberi arbitrii actiuitatem.
i. Pe. i. Simile dicit ſanctus Petr9. Animas veſtras
caſtificantes i obediẽtia charitatis. Et Paul9
i. Cor. Caſtigo corpus meum & in ſeruitutẽ redigo
ix. Si ergo debem9 nos ſanctificare, animas noſ
tras caſtificare, ac corpora noſtra caſtigare,
& in ſeruitutem redigere, id profecto non fiet
abſq; libero arbitrio: neq; ſine actiõe liberi ar-
bitrii. Secus quoq; ſentiendum ẽ de operibus
liberi arbitrii, & ſecus de gr̃tia cœlitus infuſa
ad q̃m liberꝝ arbitriũ paſſiue tantum ſe habet
ad opera vero quæ ex gratia & libero prodeũt
arbitrio, ſe habet actiue & non paſſiue. Sicq;
bonum opus deo acceptum gratumq;: totum
eſt a libero arbitrio, totumq; a gratia ſaluãte:
verꝝ non totaliter: quia partialiter a gratia: et
partialiter a libero ſit arbitrio, queadmodũ i
operibus naturę: vt ẽ ſolis illumiatio: q̃ tota a
deo eſt atq; ſole, verꝝ nõ totaliter, quia ptialit̃
a deo, & partialiter a ſole. Sic totus ĩfantul9
a patre eſt, ſed non totaliter, quia ad ei9 gene-
rationem etiã mater ipſa partialiter cõcurrit
Marti- Errant igitur vniuerſi, qui liberꝝ arbitrium
niani. poſt hũani generis ruinã rẽ eſſe de ſolo titulo,
& eius voculã ex Platonicis & Ariſtotelicis
Melãc. erupiſſe ſcholis profitentur. Errant nimirum
etiam

etiam hi, qui omnia euenire de neceſſitate cũ Stoicis affirmãt: atq; libero arbitrio ſola exter-na opera tribuũt. Errant quoq; & hi, qui libe- Corolſt rum arbitrium nõ actiue, ſed paſſiue tantum in operibus deo placitis ſe habere cõfitentur, non intelligentes ſcripturam, ve℞ virtutem eius abnegantes. Tertia demum appellatur glorificata libertas, quã Paul⁹ glorię liberta- tẽ nominat. Et ipſa (inquit) creatura libera- Ro.viii bitur a ſeruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filio℞ dei. Et eſt ſuprẽa libertas, quæ ſanctis confertur in patria per Chriſtum do- minũ noſtrum, quam ipſo concedente expe- riemur, videbimuſq; ſicuti eſt. De qua vt diſp- utemus non eſt huius inſtituti, ob id incõcuſ- ſam eam ſagatioribus derelinquo.

Quando igitur bonũ opus a recreante gratia & libero procedit arbitrio, mercedem prę miũq; de eodem a domio cõſequimur, cõ- ſectaneum eſt, aliquod eſſe meritum in ſcrip- turis contentũ: quod a ſcholaſticis (vt aiũt) doctoribus, vel de cõgruo vel de cõdigno ap- pellitat. Nã ſi nullũ penit⁹ meritũ eſſet, ſcri- ptura ſacra nõen meriti toties nõ frequẽtaret fruſtraq; Cayn ad dñm diceret. Maior ẽ iniq- tas mea q̃ vt veniã merear. Et ĩ Eccleſiaſtico. Gñ.iiii. Fili mi in manſuetudĩe ſerua animam tuam Eccli.x

c iii & da

Eccl'i. xvi. & da illi honorem ſecundum meritū ſuū. Et alibi. Oīis miſericordia faciet locū vnicuiqꝫ ſecundum meritum operꝝ ſuorꝝ. Cernis igit̃ quo pacto nomenclatura meriti in ſcripturis locū obtīet ſacris, neqꝫ adeo ab ipſis extraneū eſt et peregrinū: queādmodū hæretici chriſtianæ religionis ac diſciplinæ inimici garriūt. Pro operibus ergo, quæ ex libero voluntatis proficiſcūtur arbitrio, meremur vel honorē vel cōfuſionem. Siquidem pro benefactis ex ḡtia, meremur vitam, gratiam, & gloriam. Pro malefactis vero, mortem & gehennam.

Gn̄. iiii Nōne ſi (īquit dominꝰ ad Cayn) bene egeris recipies? ſin autē male ſtatim ī foribus pctm̄ tuum aderit. At quia varia diuerſaqꝫ a dn̄o ꝑ benefactis conferuntur donaria, temporalia ſcilicet & ęterna, cōſequēs ē vt perſcrutemur quæ ex congruo, & quæ ex condigno hominibus conferuntur, ob quæ opera a domino miſericorditer ꝑmio donant̃. Qui enim ſunt ī ſtatu poſt peccatū & āte gratiam recreantē opera quidem bona faciunt q̄ præſentem hāc vitam claram efficiūt, ęternā tamen vitā nō conſequūtur. Vnde hi de cōgruo quidem, ſed non de condigno merentur temporalē remunerationē m, nō ob operis vt ex mero procedit libero arbitrio bonitatē, q̄ apud deū nulla eſt ſed ob diuinam clementiam: quæ nullū bonū

etiam

etiã q̊d ſpeciẽ tantũ boni præ ſe fert oſtẽditq;,
irremuneratum relinquit, ne nomẽ eius (vt
ſuperius oſtẽſum eſt) ab impiis blaſphemet:
qui ſi viderint ea quę ab ipſis bona diiudicant
non rẽunerari ſupra modum faciles leueſq; ad
blaſphemandum redduntur. Ideo diuina be-
nignitas eadẽ opera tẽporali mercede remu-
nerat: nõ ob operis (vt pręmiſſũ eſt) claritatẽ
verũ ob diuinã ſuam bõitatem, vt omnem i-
piis blaſphẽandi occaſionem tollat. Idipſum
quippe Petrus apoſtolorũ vertex oſtendit vt
Clemens in libris recognitionũ refert. In tã- Cle. li. vii. Re. circa fi- nem.
tum (inquiẽs) pudicitia deo placita ẽ, vt eti-
am his, qui in errore ſunt poſiti, nõnihil gr̃tię
ĩ præſenti cõferat vita. Nã futura beatitudo
illis ſolũ repoſita eſt, qui per gratiã baptiſmi
pudicitiam iuſtitiamq; ſeruauerũt. Hec ille.
Sic de cõgruo meruit remuneratuſq; eſt Na-
buchodonoſor Babilonicus, dicente domino
ad Ezechielẽ prophetã. Fili hõinis, Nabuch- Ezechi. xxix.
odonoſor rex Babilõis, ſeruire fecit exercitũ
ſuũ ſeruitute magna aduerſ9 Tyrũ: et merces
nõ eſt reddita ei, neq; exercitui eius de Tyro,
pro ſeruitute qua ſeruiuit mihi aduerſ9 eam.
Propterea hęc dicit domin9 de9. Ecce ego da-
bo Nabuchodonoſor regem Babilonis in t̃ra
Aegipti, & accipiet multitudinẽ eius & dep̃-
dabitur manubrias ei9, & diripiet ſpolia ei9

& erit merces exercitui illi⁹, & operi quo ſer=
uiuit aduerſus eam. Dedi ei terram Aegipti
pro eo ꝙ laborauerit mihi, ait dominus de⁹.
Ecce mi lector q̄ bon⁹ de⁹, remunerauit eum
qui tyrannidem exercebat, pro eo ꝙ fuit fla=
gellum dei, & poſt hoc miniſter ſuæ iuſticiæ
executorq́ꝫ diuinę ſentēcię neſcius, cui ſecun=
Exo. i. dum ſua demerita potius debebatur gehēna.
Sic de cōgruo remūeratę ſūt Aegiptie obſte=
trices, ſic Niniuitæ: ſic hypocritę, ſic ethnici
& impii hæretici, ac ſchiſmatici de congruo:
nō ob operis bonitatē, ſed ob diuinę bōitatis
imperſcrutabilem īmenſitatem remunerati
ſunt, qui aliquando dominum audituri ſunt
dicētem. Neſcio vos. Amen dico vobis rece=
piſtis mercedē veſtram. Hic liquido colligit,
ꝙ exuberātiſſima dei bonitas, nullum bonū
quod vel ſpeciē boni pre ſe fert, irremuneratū
preterit. Munere quidē temporali, quē ſpiri=
tuali secūdum eternam ſuā ſapientiā īdignū
iudicat, aut ſpirituali (ſi de electis ē) viſitās
cum aliquo dono gratię: vt ad ſalutē accedat.
Qua ex re colligit, ꝙ peccatores & infideles
ad opera (vt aiūt) ex genere bōa ſunt cohor=
Daniel. iiii. tandi. Sic Daniel ſanctus, Nabuchodonoſor
regi adhuc īfideli ſuaſit. Cōſiliū meū placeat
tibi, & peccata tua eleemoſinis redīe, & ini=
quitates tuas miſericordiis pauperꝫ. Et pro=
babile

babile eſt, ꝙ ei acquieuit quem tanti appreci-
abatur. Vnde & cõſequenter in veri dei cog-
nitione a deo fuit illuminatꝰ, et ad eius cultũ
conuerſus. Poteſt autẽ tale opus dici meritũ
de congruo, ad aliquam gratiam recipiendã
ſaltem gratis datam, qua vlterius prouehat
ad ſalutem. Sic ꝙ ibi cõgruitas non accipiat
ex operis bonitate, ſed ex diuinę bonitatis ĩ-
menſitate. Obid pleriq; nondum recreatiõis
gratia renati, dum ab iniquo ꝓpoſito ĩ opere
bono, per ſolam gratiam gratis datã cor ſuũ
auertũt, & finẽ operꝝ deũ cõſtituũt, fatiẽtes
vt theologi dicũt, ꝙ in ſe eſt, merentur recre-
ationis gratiã, ſeu gratiam gratum facientẽ
de congruo, nõ ob operis vt ſepius repetitũ ẽ
bõitatẽ, quã deus in ipſis adhuc floccipẽdit
verꝝ ob ſuã miſericordiã, & ĩmenſã bõitatẽ
qua facientẽ q̃d in ſe eſt, per ſolã gratiã g̃tis
datam nõ preterit, ſed miſericorditer viſitat
& q̃ ea quæ cõdidit diligit, quaq; omnes vult i. Tĩo.
ſaluos fieri, et ad agnitiõem veritatis venire. ii.
Meritum ergo cõgrui nõ penes opera liberi
arbitrii, ſed penes diuinã benignitatẽ pẽſitat
Et quãq̃ opꝰ huiuſmodi ſimpliciter ſit malũ
q̃a caret circũſtãtia vltimi finis, & ſi habeat
aliquo modo finem particularem bonum in
genere morꝝ. Caret et merẽdi pĩcipio gratia
videlicet recreante, ſaluante & gratum fatiẽ-

 te

te, dicitur tamē ſecūdū quid bonū, reſpectu ſui cōtrarii, vt honorare parentes ex naturali affectu, vel propter tēporale cōmodū bonū iudicatur, reſpectu ihonorationis eorꝝ. Qui vero ſunt i ſtatu ꝑ gratiā recreatiōis reſtituto, & opera recta per eādem gratiam preuēti efficiūt, eiſdē operibus merentur de cōdigno gratiam & gloriam, vitamq; quæ finem non habet: nō ob operis vt a libero ꝓcedit arbitrio dignitatem, q̂d ex ſe confuſione dignum eſt: verꝝ ob recreātis gratię (vnde primatum obtinet) imenſitatē. Adeo enim diligit dōinus regenerratiōis donū, vt quicqd ex eo ꝓgredit̄ etiam vltra condignum remunerat irremuneratumq; non præterit. Et ideo dum noſtra merita rēunerat: quid aliud facit q̄ (vt Augꝰſtinus inquit) ſua dona in nobis coronat? De iuſtis ſiquidē de cōdigno rēuneratis, in libro
Sa. iii. Sapientie ſcriptū ē. Quoniā deꝰ tētauit eos (iuſtos ſcilicet) & inuenit eos dignos ſe. Nā ſicut ſunt opera riſu & cōfuſiōe digna: ſic ſūt opera gloria & honore digna. Que enī ex nobiſipſis tantū ꝓdeunt cōfuſione digna ſunt, quæ vero principiū non ex nobis, ſed ex regeneratiōis gratia accipiunt, nō cōfuſione verꝫ vberiori ḡtia & gloria digna ſunt. Si enim vt ſcriptura teſtat̄: excellentiori honore Aſſue-
Heſt. vi rus rex, condignum ęſtimabat Mardocheū

gene

genere Iudeū, ꝓ in ſe bñfactis officiis, multo
magis cœlorꝝ rex: cōdignos reputabit vberi-
ori ḡtia & gloria, voluntatē ſuā ꝑ ḡtię recrea-
tiōis adiutorium nō omittētes. At dicet qs
ex Paulo tergiuerſandi viā quærens. Exiſti-
mo enī (is īquit) ꝙ nō ſunt cōdignę paſſiōes Roma
huius temporis ad futurā gloriā: quę reuela- viii.
bitur in nobis. Conſectaneum ergo eſt: nullū
eſſe meritū in nobis neq; de cōgruo neq; de cō-
digno. Verꝝ paſſiones huius temporis, ſi ex
ſolo ꝓnaſcuntur ꝓgrediūturq; libero arbitrio
ꝑfecto nō ſunt cōdignę ad futurā gloriā, ſi ve-
ro ex recreationis ḡtia, libero conſenciente
arbitrio cōcipiūtur generāturq;, cōdigne ſūt
ad futurā gloriā, & hoc ex dei ordinatiōe: vo-
luntate, atq; decreto. Vult enī deus ordīata
voluntate ꝓ huiuſcēodi operibus vl' vberiorē
præſtare ḡtiā vl' gloriā. Quia ḡtiā & gloriam Ps.
dabit dominꝰ. Et de plēitudine eiꝰ nos omēs lxxxiii
accepimꝰ ḡtiā ꝓ ḡtia. Ex dei ſiquidē volūtate Ioā. i.
operibus noſtris ꝑ recreatiōis ḡtiam factis,
meremur de cōdigno ḡtiā et gloriā, verꝝ non
ſimpliciter & ꝓprie. Nā ſimpliciter & ꝓprie
ꝓ nullo opere aſtrīgitur deus, neq; de cōgruo
neq; de cōdigno dare ḡtiā vl' gloriā, ſed libere
et ſpōtanea ordīata volūtate, vniuerſa diſtri-
buit & cōfert. Nō ob operis claritatem, verꝝ
ob recreātis ḡtiæ īperluſtrabilem īmēſitatē,
quā

quã nobis dare & in ſinẽ vſq; ĩ nobis cõſerua-
re dignetur Ieſus Chriſtus dei filius, qui eſt
deus ſuperbenedictus in ſęcula. Amen.

## PROBLEVMA DE LI-
## bero arbitrio Lubecę diſputa-
## tum Sub anno dñi. M.D.
## XXVII. Vltima
## Auguſti.

AN HOMO A DEO MAXIMO bene recteq; conditus, & ob protoparentis ĩ-obediẽtiam lœthali vulnere ſautiatus. Liberꝝ retinuerit voluntatis arbitrium, quo ſanari queat, ſolius legis, doctrĩæ aut naturę adminiculo adiutus.

i Primoplaſtus Adam, qui non a ſe: ſed dei optimi ordinatione ac voluntate, bon9, per-fectus, rectuſq; creat9 eſt, ſpontanea & libera voluntate, ſerpenti cõſentiendo, et conditori ſuo inobediẽdo, malus, nõ natura: ſed morũ qualitate eſt effectus, vnde nõ minorẽ defec-tionũ & erũnaꝝ multitudinem, q̃ criminũ occaſionem & originem traxit.

ii Sed neq; q̃ de ĩtegritate atq; natura ſeu ſub-ſtantia ſunt hominis: ſed quæ ipſam decorã

formo

formoſamq; effitiunt, vt eſt lumen: decuſq; v:
tutum per iobedientiæ crimen ,fraude inui:
dentis ſunt ablata , quod veritas ipſa ītelligi
dedit, cum ait. Qui etiā deſpoliauerūt eū &
plagis impoſitis abierunt, ſemiuiuo relicto.

Accepit homo per conditoris gratiam li: iii
berꝫ voluntatis arbitrium, quo in perceptis:
cœlituſq; collatis bonis perſeuerare poſſet, ſi
auxiliātem dominum nō deſeruiſſet, verꝫ vt
ab eo defecit, vniuerſa perdidit per quę ad ęte:
nam proficere potuit vitam, retentis ſolum
his per quæ ad temporalē ꝑficit honeſtatē.

Arbitrii ergo libertate, quiſquis poteſt ꝑ iiii
ſuo arbitrio cūcta vitæ præſentis opera: quæ
ex bono naturæ proficiſcūt operari, ſiue bōa
ſiue mala ſint, externa & interna: vt de pub:
licanis, æthnicis, peccatoribus, malis parē:
tibus, dominus concludit.

Errāt profecto qui Picardicis neniis inuo: v
luti, liberꝫ arbitrium poſt peccatū, rem cau:
ſant eſſe de ſolo titulo, & qui Stoycis diſcipli:
nis imbuti, omnia de neceſſitate euēire affir:
māt, & qui internos affectꝰ prorſus negāt in
noſtra eſſe poteſtate, quiq; illius penitus tol:
lūt actiuitatē. Negās enī( īquit Auguſtinꝰ)

liberꝫ

liberꝝ arbitrium, pro catholico cēſendꝰ nō ē.

vi Retinuit homo poſt ruinā liberꝝ arbitriū ſed eo reparari: ſanariq; nequit etiam per legē doctrinam, aut naturam adiutus. Nam ſi ꝑ legem vel naturam, vel quicquid aliud, citra Chriſtū, eſſet iuſtitia, Chriſtꝰ gratis mortuꝰ eſſet: quod qui diceret hęretico reuera falleret̃ ſpiritu: nō intelligens vocem Chriſti dicētis. Sine me nihil poteſtis facere.

vii Proinde ſi fuit qui naturali ītellctu conatꝰ ſit vitiis reluctari, huius tātum tēporis vitā ſteriliter ornauit. Ad veras autem virtutes, æternamq; beatitudinem non profecit. Sine cultu enim veri dei (inquit Ambroſius) etiā quod virtus videtur eſſe, peccatū eſt, nec pla: cere vllus deo ſine deo poteſt.

viii Cæterꝝ quēadmodum lex iubere nouit nō liberare: ſic doctrina docere non ſpiritū dare, neutra enim eſt gratia quæ iuuare nouit: ſed neq; g̃tia ē natura, vt īpie Pelagiꝰ hallutinat̃ ſed qua ſaluatur natura & iuuatur voluntas, quę haud quaq̃ iuuaret: ſi ſat eſſet voluntas.

ix Quādo diuidebat altiſſimꝰ gētes & filios Adā, vt vias ſuas ingrederētur dimiſit, g̃tiā

creati

creationis & bonitatis ſuæ dona, qua ſolem
oriri facit ſuper bonos & malos, generale q̄q;
prouidentię curam nō ſubtraxit, qua adiuti,
legalia præcepta ex elementorum obſequiis:
ac teſtimoniis, vt ſint inexcuſabiles, didice-
runt.

Tametſi plerīq; ſola creationis gratia, ſeu x
generali ( vt aiūt ) influxu adiuti, cupidita-
tes ſuas iuſtitiæ atq; honeſtatis legibus tēpe-
rarunt, præſentemq; vitam decenter ornarūt
vt ethnici multū orando, hypocritæ frequēt
ieiunando & eleęmoſinas largiendo, nihil tn̄
ſupra mercedem tēporalis glorię acceperunt
æternæ enim beatitudinis pręmium nō ſunt
conſequuti.

Gratia igit̄, non q̄ mundo naſcimur: ſed q̄ xi
chriſtiani & filii dei nominā̄ur & ſum⁹, p̄ori
maior, digniorq; exiſtēs: q̄ per Ieſum Chriſt-
um facta ē, renouamur, recreā̄ur: rēaſcimur:
q̄ & ipſi cū ſum⁹ iuſtificā̄ur, & a morte ad vi-
tā, de tenebris ad lucem: de regno Satanæ ad
īperiū filii dei traſferimur. xii

Sicut ꝓuenimur a creatiōnis gr̄tia vt ſim⁹
ſētiam⁹, ītelligam⁹ atq; velim⁹, ea q̄ ptnēt ad
tēporalis vite decorē. Sic ꝑ recreatiōis gr̄tiā ꝓ-
uenimur vt bōi ſim⁹: bene ſentiam⁹: recte itel-
ligam⁹: atq; q̄ deo placita ſūt catholice velius

Quēad

xiii Quēadmodū per generalē diuini reſpectus influxum non tollitur ſed iuuatur, ī his quæ ad trāſitoriā ꝑtinēt vitā, volūtatis naturalis libertas. Sic per regenerationis gratiā, quę ꝑ ſpiritū ſāguinem & aquam frequentatur, nō adimitur, ſed iuuatur eadē libertas: vt q̊d antea ꝑfuit ad pręſentis vitæ decorem, nūc ꝑſit ad æternę & īmortalis vitæ ſplendorem.

xiiii Naturalis volūtatis libertas, penes velle ac nolle: & non penes additamenta quę ſunt bonum & malū, penſitatur, quoꝝ vnum ex gratia, alteꝝ ex vitio originatur Paulo dicēte, Abundantius illis omnibus laboraui, nō ego autem ſed gratia dei mecum. Si autē q̊d nolo malum facio, iam nō ego operor illud, ſed q̊d habitat in me peccatum.

xv Gratia ſaluans atq; recreās: vt Bernhard⁹ inquit: ſic cum libero voluntatis operatur arbitrio: vt illud præueniat & deinceps ſibi cooperetur: ita vt id quod a ſola gratia cœptum eſt pariter ab vtroq; perfitiatur: vt mixti non ſingillatim: ſimul non viciſſim per ſingulos ꝓfectus operētur: nō parti gratia parti liberꝝ arbitrium: ſed totum ſingula opere īdiuiduo peragunt: totum quidem hoc & totum illa.

Quēad

Quemadmodũ præter iniuriã conditoris vnaquæq; creatura per g̃tiam creationis ſeu generalẽ ĩfluxũ operatiões proprias exercet, Sic citra creatoris deſpectũ hominis liberũ arbitrium a gratia recreationis præuentum & adiutũ, propas ſpõtaneas & liberas elicit opationes. Nullũ q̃q; libero arbitrio fit p̃iudi-tium q gratiæ in operibus rectis primas tri-buatur. Sicut neq; g̃tiæ, q voluntas ei coopa-tur, quicq̃ decrpitur. xvi

Qñ peculiare ẽ gratiæ vt recreet: viuificet: illũinet, aſſimilet, acceptũ reddat, & affectũ ſuſtollat. Quid mirabere? ſi opus ex g̃tia pro-fectum dicatur ex condigno vberiore mereri g̃tiam et gloriã, nõ ob operis: vt a libero pdit arbitrio: bonitatẽ, ſed ob recreantis g̃tię vnde bõitatem accipit, abyſſalem largitatẽ. Caue ergo dum meritũ negas ſecerni in cõdigni & cõgruitatis, hæreſim ĩcidas Stoyce, ne dicã ſtolide, abſolute neceſſitatis. xvii

Homo enĩ ſuis derelictus naturalibus ex ſolo libero arbitrio, neq; de congruo, neq; de condigno: ſimpliciter et pprie quicq̃ meretur. Mereri tamen p g̃tiam gratis datã: ſecũdum quid, de congruo dicitur g̃tiam iuſtificante, & per generalem reſpectum temporalem re- xviii

muneratiōnem, dum vel facit (vt Scolaſtici dicunt) q̄d in ſe eſt, vel dum opus facit ex genere bonū, nō ob operis bonitatē, quæ apud deum nulla ē, ſed ob diuine maieſtatis benignitatem, quę nullum bonum etiā q̄d ſpetiem ſolummodo præ ſe fert irremuneratū p̄terit. Meriti igitur cōgruitas nō penes opus liberi arbitrii, ſed penes diuinā bonitatē æſtimat̄.

## ALIA DE SACRAMENTIS queſtio.

AN DEVS OPTIMVS MAXIMꝰ q̄ i q̄uis lege oportuna remedia, humāo tuliſſe generi cōprobat̄, contra peccati decreta. Eccleſiaſtica ſacramenta īſtituerit roborauerit q̄, aduerſus Vuicleffiſtarꝫ neotericorū q̄ verſutiſſima deliramenta.

Deus optimꝰ maximꝰ, vt lapſo ſuccurreret homini, aduerſus peccati decreta, in q̄uis lege ſalutaria cōprobat̄ tuliſſe remedia, ꝙ ab Adam aduſq; Abrahā ſacrifitia cōſtet fuiſſe, quæ his ipſis temporibus, abſq; legis diſtinctione, diuinitus inſpirata, inſtitutione p̄mi hominis obſeruata.

Hæc aūt ſacrifitia: aut animaliū ſanguine aut

aut aliarum oblationum incenſis perficiebant; non quod fumo, aut pecudū mortibus, deus obłectaretur vt Alkindus blaterauit: ſed vt plata ab initio ī prothoplaſti preuaricationē ſētētia, ac ī poſteros illius iudicium dei ineluctabile deprehenderetur.

Iudicium (inquā) quod tātiſper, & nati natorum: & qui naſcuntur ab illis, oportuit experiri, & perferre, cōtra Pelagianorum deliramenta: donec eiuſcēodi generali morbo gratia dei deſtīatum exhiberet antidotum, ac morti omniū vita cūctorum (quæ Chriſtus eſt) ſuccederet. iii

At hoc antiquum redemptionis cōſilium, ſanctis patribus reuelauit deus vti paulatim homines paſſioni aſſueſcerēt, & morti neceſſarie, voluntarie mortis opponerēt libamina pœnam in medelam, & ſuppliciū ī remediū cōmutarent. iiii

Ob quod, cū iam fidei tempora propinquarēt, imperata eſt circūciſio, & pars illa corporis (que voluptatum eſt ſemīarium, & libidinis officina) iuſſa etiā in paruulis amputari, vt proprii primitias ſanguinis, ei qui totum ſanguinem ſuū oblaturus erat: offerrēt, & cōmunia ſingulorum ſacrificia: ſingulare precederent v

holocauſtum.

vi Inter omnia autē veteris iſtrumēti, nihil circumciſione ſolemniꝰ, antiqua celebrauit religio, quā nō dūtaxat in Hebræos, ſed etiā in Phœnices & Arabes, ꝑatrum ꝑuexit tra= ditio.

vii Vbi vero Meſſias venit, de q̄ in libri capi te ſcriptum erat, vt morte ſua patris īpleret volūtatem, ceſſauerunt cum cæremonialibꝰ ſacrificia, adeo vt nullum poſt hac euāgelica fides voluerit appellā ſed cordis potius circū= ciſionē: et omnem tam mēbroꝝ q̄ affectionū gladio ſpiritus reſectionem.

viii Hæc inq̄, veteris inſtrumenti ſacramenta plenitudinis tempore accedēte, in ꝑfectiora cōceſſerunt ſacramenta, inter quæ baptiſmꝰ p̄mum obtinet locum qui in nube figuratus, ꝓphetis nunciatus, & in Iordanis flumine a Chriſto baptiſato fuerit inſtitutus.

ix Gratia deniq; huius ſacramenti, ac effica= tia (q̄ de abdito & ſecretiſſimo ſpiritusſancti munere emanat) ſic lauat q̄s parentalis labes īfecerat: vt nec actualis, nec originalis culpa poſt ablutionē maneat, quātumuis hoc ple= riq; ſuperba quadam temeritate aſtruāt, nec

Pauli

Pauli nec Auguſtini tāen (vt ipſi autumāt) ī hoc ſententiam cōplexi, ꝙ hyperbolim nō agnoſcunt, qua nō dūtaxat doctores: ſed euāgeliſtæ, interſcribendū, nōnunq̄ ſunt perusi.

Quiſquis igitur, ī nomine patris et filii et x
ſpiritusſancti: baptiſat: ſiue in catholica fide: ſiue in hæreſi, vel sciſmate, integrum tamen ſacramentum excipit: quātumuis ſalutem (quę virtus eſt ſacramenti) ſi extra eccleſiam catholicam ipſum ſacramentum ſuſceperit non aſſequatur.

Confirmationis etiā ſacramentū, q̄d nūc xi
chriſmatis vnctione ab epiſcopis fieri cernitur, ac in p̄mitiua eccleſia manuū īpoſitiōe extitit celebratum, a Chriſto, & nō dūtaxat ab apoſtolis, nec a cōcilio, nec ab eccleſia (vt hæretici blaterant) eſt inſtitutū.

Quod nequaq̄ pro ritu quodā eccleſiaſtico xii
ſeu cerionia ſacrāentali (vt nōnulli errones cōtendunt) ſed pro vero ſacramēto, ad ſanctificandum, ac non dumtaxat ad contrarias diſpoſitiones (inſtar ſacramentaliū) remouendum, a Chriſto eſt inſtitutū, qui etiā ipſius effectum abſq; materia cōferre potuit: ꝙ is, pro clauis excellentia, potētiam ſuam ſa

 cramē

cramẽtis non alligarit.

xiii Sacramentum corporis et ſaguinis ſui ip-
ſe dominus Ieſus Chriſtus inſtituit, cũ poſt
cœnam veteris paſchę: panem & vinũ ĩ cor-
pus & ſanguinem diuina potentia cõuertit.

xiiii Vuicleffiſtam ꝑfecto is agit, q̃ pręter ſãc-
toꝝ patrũ obfirmatam ſentẽtiam ac eccleſię
determinationẽ per cõſecratiõis verba: panis
& vini ſubſtantiam in veꝝ Chriſti corpus &
ſanguinem, trãſubſtantiari pernegat impia
blateratione cõtendens, vel illic (hoc eſt ſub
cõſecrata hoſtia) nõ eſſe Chriſtum niſi figu-
raliter, vel ſaltem ſubſtantiã remanere panis
poſt conſecrationem, quo ſic accidẽtia diuini
experirentur miraculi.

xv Hoc diuiniſſimum euchariſtię ſacramẽtũ
q̃d in re diuina (quã miſſam appellant) a ſa-
cerdote offertur & cõſecratur, ſacrifitium &
oblatio ꝓ viuoꝝ ac mortuoꝝ ſalute (contra
neotericoꝝ ꝓphana cõmenta) catholice nũ-
cupatur: id q̃d peculiare eſt euchariſtię ſacra-
mẽto, ꝙ hęc ſalutaris hoſtia: ei9 (q̃d in crucis
ara oblatũ extitit) ſacrificii Chriſti, eſt pręci-
pue repræſentatiua.

xvi Hallucinatur igitur, fingit, pĩgit & mag-
nopere

nopere a Chriſti inſtitutis aberrat qui poſtli-
minio reuocata Pigardorꝫ ſtoliditate miſſā
p̄uatā a layca cōmuniōe nihil differre cauſat.

Sicut vera pœnitētia ſecundum orthodo- xvii
xorꝫ patrum ſententiam, eſt pœnitenda non
admittere: & admiſſa deflere, ita ſatiſfactio ē
cauſas peccatorꝫ excidere, nec earꝫ ſuggeſti-
onibus aditum indulgere.

Hæc inq̄ pœnitentia a Chriſto prædicata xviiii
& obſeruata, & ſecunda a diuo Hyeronimo,
poſt naufragium tabula nūcupata, in contri-
tionē, confeſſionem, & ſatiſfactionem veluti
in potiora mēbra, nō a neotericis dūtaxat vt
blaterāt, ſed a vetuſtiſſimis ſanctis eſt diſcri-
minata.
Chriſtus igitur, dum prędicauit pœnitē- xix
tiā agite, ſic interiorē pœnitentiā & exterio-
rem carnis mortificationē docuit: vt pœnitē-
tiæ ſacramentū, eiuſqꝫ partes cōfeſſionem &
ſatiſfactionē, nō modo nō excluſerit, vt q̄dā
effutiunt, ſed conteſtantibus aliis euāgelicis
locis, penitus agnoſcēdas, & poſt fidei īuul-
gationē a cunctis obſeruandas expoſtularit.

Errat ergo quiſq̄s oris confeſſionē nō diui- xx
ni, ſed poſitiui iuris audatius debito definit,

hanc dūtaxat exiſtimans per Iacobi ſentētiam roboratā: cū longe verius extat a Chriſto hanc inſtitutam, ab apoſtolis īuulgatā & ab eccleſia practicatā, vt ex variis ꝓbātiſſimoꝝ patrū nō ſpernēdis ſentētiis liquido cōꝓbat.

xxi Peccatoꝝ ſupplicia quę hic clauiū v̄tute vł ſacramētoꝝ efficatia, aut gratiæ adiumēto, nō relaxant, in purgationis igne, vel alio q̊uis penaꝝ genere, vel etiam viuoꝝ ꝓ eiſdē ſatiſfactione in alio maius, in altero minus, cōtra vuicleffıcas gerras, ad plenū vſq; decoquentur.

xxii Præter hæc ſacramenta eſt & aliud ſacramentum quod infirmoꝝ vocatur vnctio, q̄d in extremis ſacerdotum miniſterio fit oleo ꝑ epiſcopum cōſecrato.

xxiii Hoc extremæ vnctionis ſacramentū a Iacobo apoſtolo ꝓmulgatū ad delictoꝝ remiſſionem: & corporalis īfirmitatis alleuiationē: contra Huſſitaꝝ & nuperā vueſalienſis ꝑfidiam, eſt non abſq; racione ſacramentum veꝝ, & non ſacramētale dūtaxat a Chriſto īſinuatum ac ꝑ eo ipſo ī ſancta & appoſtolica eccleſia cōtra Pikardoꝝ blaterati ōes, lōgis ſeculis practicatū.

xxiiii Sacerdotalis ordo( iuxta ſanctoꝝ patrū decreta iter eccleſiaſtica ſacramēta numera-

tus

tus )a Chriſto in vltima cena( vbi et inſtitu-
tus eſt )in ſolos preſbyteros cõceſſit, illis dũ-
taxat poteſtate in corpus Chriſti cõſecrãdũ
cõceſſa & cõmiſſa.

Quo circa minime audiẽdi ſũt, qui iuxta XXV
Vuicleffiſtarꝝ Huſſitarũq; execrabilẽ vanita
tem, quẽuis hominem baptiſmo ſacerdotem
cõſecratũ perhibent:(habiturꝝ ſcilicet ĩ corp9
Chriſti verꝝ & miſticũ hierarchicã poteſtatẽ

Tam et ſi ſacramẽta poſt peccatũ & ꝓpter XXVI
peccatũ ſua ſumpſerit auſpitia:matrimoniũ
tamẽ ante peccatũ a domino nõ ad remediũ:
ſed ad offitium legitur inſtitutũ, idq; per os
Adæ dum inquit, ꝓpter hoc relinquet homo
patrem & matrem:quod nullo minus etiam
Chriſtus in nouo inſtrumento ĩ fidelium ſin-
gulare remedium:approbauit & ratificauit.

Procul igitur procul eſte prophanæ Vui- XXVII
cleffiſticæ, Vualdẽſeſq;: & Pickardicæ nenię
quibus explodũt a deo inſtituta obfirmataq;
eccleſiaſtica ſacramẽta vnica ꝑfecto Chriſti-
anorꝝ ſolacia, ex deo auctoritatiue:ex Chriſ-
ti paſſione, meritorie, & ex fide, vt vniẽte, et
ex ipſis ſacramentis vt inſtrumẽtis, gratiæ,
quam figurant, collatiua, contra neotericas
cornicationes & blateramenta.

# ALIA DE SACERDOTIO, ſacrifitio, atq; monachoꝝ votis i diſputati onem miſſa queſtio.

AN EXTERNVM ET VISIBILE ( vt neoterici īquiūt ) chriſtianoꝝ ſacerdotiū quo vnicum toti ſalutiferꝝ mundo , quottidie in dei offertur eccleſia ſacrifitiū , diuinitꝰ ſit inſtitutum.

Anq; Monachoꝝ omnium ꝓmiſſa & vota , preter fidem fiant , vti pickardicis delirāt nęniis.

i Deus optimꝰ maximus , vt lapſo ſuccurreret homini , in quauis legē ſacerdotium ordinauit , cuius miniſterio , ſacrificiis ſcilicet debitis , & oblationū incenſis , id q̊d in nobis ꝓpagatum erat peccatum tolleret , ne homo ad dei imaginem formatus , ꝑter omnē venię ſpē , ī abyſſum rueret extremę deſperatiōis.

ii Placuit itaq; altiſſimo , deo id patribus reuelante , vt qui naturæ lege primogenitorum acciperet ſortē , ſacerdotali fungeretur offitio quo munere Noe , Melchiſedech , Abraham Iob , & pleriq; alii īſigniter ſūt decorati. Neq;

aliq̄

aliquã fuerit vnq̃ natio, que ſacerdotali p̄ua-
ta extiterit dono.

Sed cum vniuerſę ferme mundi nationes iii
vnius dei cultum reliquerēt, ꝓprioſq; ſibi cō-
ſtituerēt deos, & cōuenientes placitoſq; illis
ſacerdotales penderēt rit⁹: ſecretiſſimo viciſ-
ſim dei conſilio, vnica eſt delecta familia (ce-
teris in reꝓbum ſenſum traditis) ĩ qua orbis
conſeruator & factor, debito coleretur ritu, q̃
fit vt Iſrahelitica: ad id efficiēdū electa ē gens
vbi Aaron eiuſq; ab eo originata ꝓgenies, di-
uino haud abſq; decreto: ſacerdotali fungeret̃
officio.

Præter legalis itaq; pontificis decretum, iiii
nemini phas erat incendere thura, aut dn̄o ĩ-
molare. Nam qui contra dei ordinationē q̄cq̃
huiuſmodi auſi ſūt attēptare, ob temeritatis
audaciā, diuīa mox aīaduerſione puniebant̃
Sic Chore Datan & Abyron, qui ſibi contra
Moyſen & Aaron ſacerdotem ſacrificantes
licenciam vendicare conati ſunt, penas ſtatĩ
penderunt. Sic & Ozias rex cum thuribulū
ferens, & contra legem dei ſacrifitium violē-
ter aſſumens: reſiſtente ſibi Azaria ſacerdote
obtemperare nollet & cedere, diuīa indigna-
tione cōfuſus, & lepræ varietate ĩ fronte ma-
culatus eſt.

At vbi venit temporis plenitudo, quando v

de ſinu

de ſinu patris, dei filius deſcendens, noſtram eligere decreuerat infirmitatem, vt fortia q̃q; mūdi cōfunderet: alioſq; ſibi elegit ſacerdotes vniuerſo mūdo excellentiores, qui meſſem (nō abſq; mercede) congregarent adfuturam, plebemq; pararent domino perfectam, ſanctam, et imaculatam. Quibus etiam in corpꝰ ſuum myſticum & verꝝ, plēiſſimā ex feruentiſſima qua dilexit nos charitate: largitus eſt poteſtatem.

vi Chriſtianorꝝ itaq; ſacerdotium (q̃d externū atq; viſibile a neotericorꝝ proauo Pickardt vocatur) a Chriſto inſtitutum, in ſolos p̄ſbyteros conceſſit: illis dumtaxat poteſtate in corpus Chriſti conſecrandum cōceſſa et cōmiſſa. Quocirca minime audiēdi ſunt q iuxta Vuicleffiſtarum Huſſitarumq; execrabilem vanitatem, quemuis hominē baptiſmo ſacerdotem cōſecratum perhibent, habiturꝝ ſcilicet in corpus Chriſti verꝝ & myſticum, hierarchicam poteſtatem.

vii Si (vt Pickardi, Pragēſiſq; Hieronymus blaterant) diuꝰ Petrus his verbis. Vos eſtis genus electum, regale ſacerdotium, quelibet baptiſatum præſbyterum ordinauit: potentē videlicet ſuper corpꝰ Chriſti verꝝ cōſecrādū

ex eadē

ex eadem recte pariq; auctoritate, imo Apo=
calipſis Ioannis, dū inquit. Feciſti nos reges
& ſacerdotes: quilibet chriſtian9: ī baptiſma=
te, rex & p̄inceps conſecratur, poteſtatē nac=
tus ſuper corpus Chriſti myſticū, id eſt, cūc=
tos alios laicos gubernandos. Sicuti ergo de=
ſtitutis veris ſacerdotib9: plebāīſq;, & epiſco=
pis, poſſunt: metipſi laici, corpus Chriſti cō=
ſecrare: & ſacramenta adminiſtrare, ita eadē
ratione, poterunt baptiſati ruſtici, deſtitutis
veris Nobilibus, Baronibus: Comitib9: Prī=
cipibus, ſibi ex ruſticis principes deligere. &
īſtituere, regios capeſcere faſces, & imperio
cunctis aliis dominari.

Cum deniq; ſpiritiloquus Paulus qui per= viii
optime quemlibet Chriſtianum ſacerdotem
eſſe nouerat: aduerſos tamen mēte corruptos
homines a deo inſtructus ſeu diuino (vt pie
creditur) numine edoct9 Epiſcopos, Preſbi=
teros: diacōes cuilibet ciuitati: vt eccleſiis p̄=
eſſent, præfecerit, qui miniſteria Chriſti atq;
officia populo diſpēſarēt chriſtiano. Profecto
inſinuat Pickardicam ſathanicamq; eos ge=
rere mentem: qui preter Chriſti: apoſtolorūq;
inſtitutum, impia blateratione contendunt,
nullum eſſe in nouo teſtamento ſacerdotium
niſi q̄d hūanis mēdaciis per Sathanā ſit erec=
tum

tum

ſx Chriſti itaq; aduerſari⁹ & eccleſiæ inimic⁹ & pro antichriſti precurſore is cenſendus eſt: qui omnes (nemīe dēpto) catholicę & apoſtolicæ eccleſiæ Epiſcopos, p̄ſbyteros & diacones, corrupta, iniqua, diabolica mente, temerarie diuerſis prophanis: etiā Chriſtiano & catholico viro, aduerſis nominibus: auſus eſt prophanare. Ea propter veris chatholicis glorioſi martyris Cypriāi carthaginēſis epiſcopi doctrina eſt amplectēda. Qui īquit. Fugiēdus eſt is: qui aduerſus Chriſti ſacerdotes facit: q ſe a cleri eius: vł plebis ſocietate ſecernit. Arma enim cōtra dei eccelſiā portat: cōtra dei diſpoſitionē repugnat: hoſtis altaris: aduerſus ſacrifitiū rebellis: pro fide perfid⁹ pro religione ſacrilegus: īnobſequens ſeruus: fili⁹ impius: frater inimicus: qui cōtemptis epiſcopis & dei ſacerdotibus derelictis: cōſtituere audet aliud altare: precē alterā illicitis vocibus facere: dominicæ hoſtię veritatem p falſa ſacrificia prophanare.

Domin⁹ noſter Ieſus Chriſtus, qui ſummus eſt dei patris ſacerdos: qq; prim⁹ ſemetipſum obtulit deo patri & hoc fieri ī ſui commemoratione precepit vtiq; ille ſacerdos vice Chriſti vere fungit: qui id q̄d Chriſt⁹ fecit

imitat

imitatur: et ſacrificium verum et plenū tunc offert in eccleſia: ſi ſic offerre incipit: ſecundū ꝙ ipſum Chriſtum viderit incæpiſſe.

At ſi tante dignitatis illa vnica noſtri redēptoris fuit oblatio: vt vna ad tollēda mūdi peccata ſufficeret: qui tāta auctoritate in ſācta introiuit in ſāguie proprio: vt deiceps nulla ſupplicātium poſtulatio ſāguine indigeret alieno. Attamen tā ingēs illius erga nos dep̄hēſa eſt benignitas: vt id quod ſemel egerit: ī ſui fieri memoriā præcepit. Ea propter illud quod a ſacerdote geritur: offertur: & cōſecratˢ aduerſus Pickardica verſutiſſima deliramēta: ſacrificium & oblatio: memoria & repreſentatio veri ſacrificii et immolationis in ara crucis factę: recte catholiceq; vocatur. xi

Sicut Chriſtus ſecundum Melchiſedech ordinē ſacerdos in æternum eſt atq; iuxta apoſtolum æternū habet ſacerdotiū ita profecto ſempiternum ſacrifitiū: perpetua & ſemp̄ manes eſt hoſtia tā in cœlo q̄ in altari: ſacerdotum miniſterio cōſecratus: niſi Pickardica ſtoliditate quis effutire velit: illic ſub conſecrata hoſtia Chriſtum non contineri. Eam obrem miſſā: catholice ſacrifitium dicimus tum pr̄pter illum qui æterna eſt hoſtia: tum xii

propter

ꝓpter ipſius ſacrificii a ſe in crucis ara facti commemorationem.

xiii Anathema itaq; ſint, & a quouis viro catholico ſūmopere fugiendi, hii qui veluti vulpeculæ & ſingularis ferꝰ deoliri ac depaſcere nituntur vineam domini ſabaoth & vias eiꝰ nō ceſſant ſubuertere rectas quiq; ꝓpter queſtū ſacerdotū miſſarūq; abuſum( eſto prochdolor multoꝝ maximꝰ ſit )ſacerdotiū Chriſti & vnicū eiꝰ ſacrifitiū quod Chriſti apoſtolorumq; eſt inſtituti, Pickardica veſania, & ſacrilego ore multis perhorrendis nominibꝰ audent prophanare, atq; e medio tollendum ſathanica mente dictis factiſq; docent.

xiiii Cum redemptor noſter omnem et ſolam ſuam actionem, noſtram voluit eſſe inſtructionem, exēplumq; omnibus in fide fundatis reliquit vt illiꝰ ſalutifera ſequerētur veſtigia, profecto caſtitatem, paupertatem, obedientiāq;, ac vitā euāgelicam ſic docuit, obſeruauitq;, vt quiuis homo ſe totum in obſequium Chriſti mancipare volēs, ea quę in ſe dextera plantauit altiſſimi libere, deo offerre, etiā per voti ꝓmiſſionē valeret, ſicut ſemetipſum dei filius pro nobis daturum oblaturumq; longe ante patribus & prophetis, etiā iureiurando

promiſit

promiſit: vt in ſe & nō in alio omnes benedictionem ſortirentur gentes.

XV Si igitur vnigenit⁹ dei filius: qui ob noſtrā ſalutem de ſinu patris, ī aluum virginis deſcendere dignatus eſt matris, multo maiora diligentib⁹ ſe promiſit, q̄ vnq̄ aliqua rationalis creatura illi viciſſim promittere poterit, licet id haud præceperit: ſed in hominis arbitrio reliquerit: congruum profecto eſt: & rōni etiam conſentaneum, niſi talpis foret cecior vt id q̄d a deo receperit homo, caſtitatem ſcilicet & obedientiam: atq; bona externa, deo ī iuge ſacrificium offerat, etiā per voti ꝓmiſſionem, doctrina Chriſti id inſinuante. Si vis perfectus eſſe vade et vende omnia que habes & da pauperibus, & veni ſequere me, exēplo apoſtoloꝝ & multorum credentium.

XVI Non itaq; audiēdi ſunt hii qui Pickardica ſtoliditate ſinguloꝝ monachoꝝ promiſſa & vota: præter fidem & ſcripturę auctoritatem fieri garriūt. Cum ea quę ab ipſis voto deo ꝓmittūtur atq; offerūtur a Chriſto ſunt ꝑdicata & obſeruata: atq; in noſtra ſimul cum voto relicta poteſtate. Deniq; cū vota veteris īſtrumenti: etiam Nazaręoꝝ nō fuere præter fidē facta quis arguet vota noui teſtamēti præter

fidē fieri, niſi is q Pickardicis oblectet' neniis alioquin Paulus: apoſtoliq; omnes, & in primitiua eccleſia multi credentes prçter fidem feciſſent, qui vt Cypriāo, Auguſtino, et Rabano placet: per votum omnia reliquerunt.

## AXIOMATA SIVE THEOREMATA DE PECCATIS: FIDE: ET OPERIBUS

i Iugum graue vniuerſis Adç filiis impoſitum eſt, a die exitus de ventre matris eorum Eccl'.xl. Quia eram9 natura filii irç. Eph.ii. Cauſatiq; ſum9 omnes ſub peccato eſſe, ſicut ſcriptum eſt. Quia nō eſt iuſtus quiſq̄, nō eſt intelligens, non eſt requirens deum. Omnes declinauerunt ſimul inutiles facti ſunt: non ē qui faciat bonum, non eſt vſq; ad vnū. Ro.iii.

ii Sicut per vnum hominē peccatum in hūc mūdum intrauit, & p peccatum mors, Ita & in omnes homines mors pertranſiit, in q̄ omnes peccauerunt. Ro. v

iii Erat autē peccatum in mundo vſq; ad legē ſed non imputabatur, cum lex non eſſet: Sed regnabat mors ab Adā vſq; ad Moyſen, etiā in eos qui non peccauerunt, ī ſimilitudinem præua

præuaricationis Adæ. Ro. v.

Lex vero ſubintrauit vt abūdaret delictū. iiii
Ro. v. Et vt oſtēderet peccatū nō vt tolleret
Per legē enī cognitio peccati. Ro. iii. Et ſi per
legem iuſtitia, ergo Chriſtus gratis mortuꝰ
eſt. Gal. ii.

Quid ergo lex? Propter tranſgreſſionem v
poſita eſt, donec veniret ſemē cui promiſerat:
ordinata per angelos, in manu mediatoris.
Gal. iii.

At vbi venit plenitudo tēporis, miſit deꝰ vi
filium ſuum factum ex muliere, factum ſub
lege: vt eos q ſub lege erāt redimeret: vt adop-
tionem filiorꝝ dei reciperemus. Gal. iiii.

Qua propter deus qui diues eſt in miſeri- vii
cordia, propter nimiam charitatem ſuā qua
dilexit nos, cū eſſemus mortui peccatis, cō-
uiuificauit nos in Chriſto, cuius gratia ſalui
facti ſumus. Eph. ii.

Quo in carne apparēte: ſuſcitauit deꝰ cœli viii
regnum, quod in æternum non diſſipabitur,
& regnū eius alteri populo nō tradet. Daniel
ii. Quod ſoli pauperes ſpiritu aſcēdunt Ma-

e ii thei

thei .v. Qui illud ingrediūtur per multas tri-
tribulationes. Actuum. xiiii.

x Christo igitur dat⁹ est honor regni, poteſ-
tas, imperium, & principatus ſuper hume-
rum eius. Eſa. ix. Qui cum in forma dei eſ-
ſet: ſemetipſum exinaniuit: formā ſerui acci-
piens: & habitu inuentus vt homo: humilia-
uit ſemetipſum: factus obediēs vſq; ad mortē
mortē etiam crucis. Philipp. ii.

xi Propter quod & deus exaltauit illum, &
donauit illi nomē quod eſt ſuper omne nomē
vt ī nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſ-
tium, terreſtriū, & infernorꝝ: & omnis līgua
confiteatur, quia domin⁹ noſter Ieſus Chriſ-
tus in gloria eſt dei patris. Philipp. ii.

xii In quem credentes iuſtificamur. Quia nō
ex operibus iuſtitie que fecim⁹ nos, ſed ſecū-
dum miſericordiam ſuā ſaluos nos fecit. Ti-
tum. ii. Et facti ſumus immūdi omnes nos
& quaſi pann⁹ menſtruate, vniuerſe iuſtitiæ
noſtræ. Eſaię. lxiiii.

xiii Gratis igitur iuſtificati ſumus per redēp-
tionem quæ eſt in Chriſto Ieſu, quem propo-
ſuit deus propitiatorem per fidem in ſangui-
ne

ne ipſius, ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ, propt
remiſſionē precedentium delictorum: in ſuſtē-
tatione dei: ad oſtenſionem iuſtitiæ eius ī hoc
tempore, vt ſit ipſe iuſtus & iuſtificans eum
qui ex fide eſt Ieſu Chriſti. Ro. iii.

Arbitramur ergo iuſtificari hominem ꝑ xiiij
fidem, ſine operibꝰ legis. Ro. iii. Attamen
probare debemus, quæ ſit voluntas dei bona
& beneplacens & perfecta. Ro. xii. qua di-
citur. Diliges proximum tuum ſicut teipſū.
Mathei. xxii.

Qui enim habuerit ſubſtantiā huius mū- xiiii
di, & viderit fratrem ſuum neceſſe habere, &
clauſerit viſcera ſua ab eo: quomodo charitas
dei manet in eo. Quapropter non diligamus
verbo neq; līgua ſed opere & veritate. i. Io. iii.

Fides igitur vera, id eſt, quæ per dilectio- xv
nem operat: ad iuſtificationē ſufficit. Quia
corde creditur ad iuſtitiam, ore autem cōfeſ-
ſio fit ad ſalutem. Ro. x. Ad quam aſſequē-
dam finaliter in habente facultatem: dilectio
proximi etiam ī operum exhibitione requi-
ritur. Quia ſi vis vitam ingredi ſerua māda-
ta dei. Mathei. xix.

Et quia

xvi Et quia caro concupiſcit aduerſus ſpiritum & ſpiritus aduerſus carnem. Gal. v. propter repugnantiam legis menbrorum & mentis Ro. vii. Ea propter, caro diuerſis frenanda eſt mortificationibꝰ, ne ſpiritui reluctet. Sed non abſq́ ſpiritus diſcretione vti Paulus, qui ait. Caſtigo corpus meum & in ſeruitutem redigo. I Corinth. ix.

# SIT LAVS DEO

Excuſſum Francfordie cis Oderam in Cœnobio fratrum Minorum.
Anno domini M D
XXIX

155016

AB 155 016

ULB Halle 3
004 160 770

Sl

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-144370-p0073-9



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-144370-p0074-5

# DE GRATIA ET LIBERO HOMINIS ARBITRIO: IN

eiuſdē iugulatores orthodoxum iuditiū
cuiuis cādido orthodoxoq; lectori diui-
nas ꝑſcrutanti litteras ꝑnecessariū. Sub-
nexis aliq̄t diſputatis, ī ſcholis Frāc-
fordianis & capitularibꝰ congre-
gationibꝰ Prouintię Saxonię
Sancti Ioannis Baptiſtę ad
amuſſim vſq; elaboratis
Per R. P. Andream
Scheunemā Mi-
noritam ſacrę
theologię
doctorē,
eiuſdē pūitię Miniſtrum editū.

AN. DO. M. D. XXIX.